

VERS. 5. — SICUT FICUS, etc. *Agnoscere aliquem in comum, est illi favere et benevolentiam sive misericordiam prosequi, q. d. : Ut ficus iste suaves sunt, et illas pro talibus habeo; sic agnosco pro bonis captivos qui cum Jechoniam abducti sunt in Chaldaeam: eos verò qui Jerosolymis sunt, pro perversis habeo.*

VERS. 6. — ET PONAM, etc., id est, aspiciam eos oculo clementi et misericordii. *HEBRAÏSMUS. AEDIFICABO, vel, instaurabo (1), id est, dabo illis sedes stabiles, et*

septembris. Omnis enim ficus dans fructus in junio, est bifera; dat enim secundos in septembri; sed priores junii longè meliores sunt posterioribus in septembri, et hæc vocantur præcoque, et primi temporis. Alia ficus, que tantum dant fructus in septembri, priores pariter fructus dant meliores postremis. Ratio est, quia ficus cum sit calida, calorem solis exigit; unde quò calidior est sol, uti initio septembris, eò meliores sunt fructus, quia minore solis ardore coquantur. Minus bonæ sunt fructus, quia minore solis ardore coquantur. Denique sicut fetus animalium primi posterioribus tam specie quam robore, indole et pretio antecellunt, sic fructus prima ætatis posterioribus septembris à toto genere præstant, et specie, et magnitudine, et novitate, et sapore vel reali, vel apprehenso ob longam et avidam sui expectationem; unde et majori sunt in pretio, plurisque veniunt.

Porrò appositè justus comparatur ficu bonæ: prima, sicut ficus fructus fert dulces, ita et justus; secundo, sicut ficus parùm crescit in altitudine, ita justus est humilis; tertio, ficus pro foetibus reddit fructus, bisque in anno dat fructus, scilicet ficus præcoque et ficus maturæ, ita justus totus est in fructu bonorum operum; quarto, ficus amplis foliis umbram facit, ita justus sua charitate alios juvat et protegit; quinto, ficus alteri arbori inseri nequit, ob eximiam suam excellentiam quam deserere nequit, ita justus in nullo homine, sed in solo Deo recumbit; sexto, ficus decoratâ arboris, et fructu non reddi; sic justus nisi tegatur conversatione honestâ, fructum cum proximis non facit. Ita noster Salomon, tom. 7, tract. 31.

Denique à ficu potius quam à pyro, pomo, etc., visio hæc desumpta est, quia in Judæâ crebra sunt fructus, ejusque felicitas erat *edere sub rite et ficu ad, uti sæpè ait Script.* Et aliqui putant ficum in Palestinâ esse primum anni fructus. Sed hoc falsum esse Romæ intellexi ex Palestinis, qui Hierosolymis nati sunt; asseruerunt enim, libidem ante ficus produci prima, pepones, cucumeres, etc.

(Corn. à Lap.)

(1) Illos in patriam revocabo, ubi pristinas urbes sedesque illi restituiam, in posterum minime destruedas. Nihil illis huic Babylonicæ captivitatè simile eveniet. At, inquit, nonne supræma Judæorum captivitas fuit Romanis, que tandem producta est, et adhuc perseverat, emendat cum mundo exitum habita, nonne major Babylonicæ calamitas est? Quâ ratione cum divinis hujus loci, et capituli 25, 4, promissionibus ea concilietur? Respondeo, 1^o pleraque veteris Testamenti vaticinia, ea præsertim, quæ à prophetis ante captivitatem edita sunt, in Messia desierunt, atque ad Judæos adhuc pervicaces minime pertinere. 2^o In primo Scripturarum et Spiritus

CAPUT XXV.

1. Verbum, quod factum est ad Jeremiam de omni populo Juda, in anno quarto Joakim filii Josie regis Juda (ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis):

2. Quod locutus est Jeremias propheta ad omnem populum Juda, et ad universos habitatores Jerusalem, dicens:

augebo illos liberis et opibus

VERS. 8. — CERTÈ, Hebr.: *Hæc enim dicit Dominus. Per parenthesis legendum. QUI HABITANT, etc., id est, qui fuerunt in Ægyptum metu Chaldaeorum 2 Reg. ultimo.*

VERS. 9. — COMMOTIONEM, sive tremorem. Vox Hebraea significat motum qui de loco ad locum subinde fit; qualis est cum præ metu diffugimus, et in alia atque alia loca concedimus. Significat etiam metum, cuiusmodi est cum animo fluctuamus, et quid lacere debeamus nescimus. Juxta secundam significationem locus ita exponitur: Tradam vos in metum omnibus regibus, id est, faciam ut metiant me omnia regna, auditâ calamitate vobis irrogatâ à me propter transgressionem vestram. Dabo, inquit, eos in tremorem omnibus regibus; hoc est, omnes reges regnorum exterrorunt concutientur metu, cum audierint que acciderint illis Judæis; verentes ne talia ipsis eorumque populis aliquâ ratione contingant. In opprobrium, id est, malè audient ab externis populis quòd Deum suum deseruerint. In PARABOLAM, id est, infelicem et calamitosos comparabant exteri Judæis. In PROVERBUM, seu *fabulam*, id est: Omnes quotidianis sermonibus usurpabant calamitatem et improbitatem Judæorum. In MALEDICTIONEM, id est, cum exteri volent malè precari alicui, dicunt: Contingat illi ut Sedecias regi Juda, et suis. (Similia vid. tum in libro Passim, v. g., 42, 48, tum Deut. 28, 37, et Isai. 65, 15.)

sancti proposito unicam esse gentem et Judæos, cum ab electæ gentis dignitate nondum excidissent, et Christianos. Nobilissima promissiones, que ad Hebræicam gentem spectabant, post Jesum Christum ad Christianos transierunt, Judæi ad extraneam gentis conditionem reiecti. Veri promissionum heredes sunt Jesu Christi discipuli. Quamobrem, ut vaticinium Jeremie veritas constet, illud sollemniter docendum est, Judæos à Cyri ætate usque ad Christum patriis in solibus commemoratos esse, à nemine pulsos avulsosque, ut alii abigerentur; ac post Jesu Christi tempora, verum Israel, *Israellem Dei*, Christianos, non Judæos filios claudere, sed in omnes orbis partes effusos, Ecclesiam, à Jesu Christo super prophetarum Apostolorumque fundamenta constitutam, nunquam ruisse; ac Dei promissionem, quam latè patet, certissimè fide impleri: *Reducam eos in terram hæc; et edificabo eos, et non destruem; et plantabo eos, et non evellam.* Denique, nisi satis esse videatur hæc responsio, cujus vim facili quavis sentiat, dice, horum vaticiniorum fidem certis conditionibus adstrictam esse, ac tunc implendam, ubi Judæi constanter Dominum sequerentur; his verò debita Deo officia negligentibus, par fuisse ut hujusmodi promissionum fructum ipsi non sentirent. (Calmet.)

CHAPITRE XXV.

1. Parole qui fut adressée à Jérémie, concernant tout le peuple de Juda, la quatrième année de Joakim fils de Josias, roi de Juda, qui est la première année de celui de Nabuchodonosor, roi de Babylone.

2. Et que le prophète Jérémie annonça à tout le peuple de Juda et à tous les habitants de Jérusalem, en disant :

3. Depuis la treizième année de Josias fils d'Amon, roi de Juda, jusqu'à ce jour, il s'est passé vingt-trois

3. A tertio decimo anno Josue filii Amon regis Juda, usque ad diem hæc, iste tertius et vigesimus annus: factum est verbum Domini ad me, et locutus sum ad vos de nocte consurgens, et loquens, et non audistis.

4. Et misit Dominus ad vos omnes servos suos prophetas, consurgens diluculo, mittensque: et non audistis, neque inclinastis aures vestras ut audiretis.

5. Cum diceret: Revertimini unusquisque ad viam suam malam, et à pessimis cogitationibus vestris: et habitabitis in terra quam dedit Dominus vobis et patribus vestris, à seculo et usque in seculum.

6. Et nolite ire post deos alienos, ut serviat is, adoretisque eos: neque me ad iracundiam provocetis in operibus manuum vestrarum, et non affligam vos.

7. Et non audistis me, dicit Dominus, ut me ad iracundiam provocaretis in operibus manuum vestrarum, in malum vestrum.

8. Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo quòd non audistis verba mea:

9. Ecce ego mittam, et assumam universas cognationes aquilonis, ait Dominus, et Nabuchodonosor regem Babylonis servum meum: et adducam eos super terram istam, et super habitatores ejus, et super omnes nationes que in circuitu illius sunt: et interficiam eos, et ponam eos in stuporem et in sibiolum et in solitudines septemternas.

10. Perdamque ex eis vocem gaudii et vocem lætitiæ, vocem sponsi et vocem sponse, vocem molæ et lumen lucernæ.

11. Et erit universa terra hæc in solitudinem et in stuporem, et servient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis.

12. Cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, et super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, et super terram Chaldaeorum: et ponam illam in solitudines sempiternas.

13. Et adducam super terram illam, omnia verba mea que locutus sum contra eam, omne quòd scriptum est in libro isto, quemcumque prophetavi Jeremias adversum omnes gentes:

14. Quia servierunt eis, cum essent gentes multe, et reges magni: et reddam eis secundùm opera eorum, et secundùm facta manuum suarum.

15. Quia sic dicit Dominus exercituum Deus Israel: Summe calicem vini furoris hujus de manu meâ: et propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.

16. Et libent, et turbabuntur, et insanient à facie gladii, quem ego mittam inter eos.

17. Et accipi calicem de manu Domini, et propinavi cunctis gentibus, ad quas misit me Dominus:

18. Jerusalem, et civitatibus Juda, et regibus ejus, et principibus ejus: ut darem eos in solitudinem, et in stuporem, et in sibiolum, et in maledictionem, sicut est dies ista:

ans, et le Seigneur m'ayant fait entendre sa parole, je vous l'ai annoncée avec empressement; et vous ne m'avez point écouté;

4. Et le Seigneur s'est empressé de vous envoyer tous les prophètes ses serviteurs; et vous ne l'avez point écouté, et vous n'avez point soumis vos oreilles pour l'entendre,

5. Lorsqu'il disait: Que chacun de vous se retire de sa mauvaise voie et du dérèglement de ses pensées criminelles, et vous habiterez de siècle en siècle dans la terre que le Seigneur vous a donnée, à vous et à vos pères.

6. Ne contre point après des dieux étrangers pour les servir et les adorer, et n'irritez point ma colère par les œuvres de vos mains; et je ne vous affligerai point.

7. Cependant vous ne m'avez point écouté, dit le Seigneur; au contraire vous m'avez irrité par les œuvres de vos mains, pour attirer sur vous tous ces maux.

8. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur des armées: Parce que vous n'avez point écouté mes paroles,

9. Je prendrai tous les peuples de l'aquilon, dit le Seigneur; je les enverrai avec Nabuchodonosor, roi de Babylone, mon serviteur, et je les ferai venir contre cette terre, contre ses habitants, et contre toutes les nations qui l'environnent; je les ferai passer au fil de l'épée; je les rendrai l'étonnement et la fable des hommes; et je les réduirai en d'éternelles solitudes.

10. Je ferai cesser parmi eux les cris de joie et les chants de réjouissance; les cantiques de l'époux et les chants de l'épouse; le bruit de la meule et la lumière de la lampe.

11. Et toute cette terre deviendra un désert affreux qui épouvantera ceux qui la verront; et toutes ces nations seront assujetties au roi de Babylone pendant soixante-dix ans.

12. Et lorsque les soixante-dix ans seront finis, je visiterai le roi de Babylone et son peuple, dit le Seigneur; je jugerai leur iniquité et la terre des Chaldaéens, et je la réduirai en une éternelle solitude.

13. Je vérifierai mes paroles; je ferai fondre sur cette terre tous les maux que j'ai prédits contre elle, tout ce qui est écrit dans ce livre, tout ce que Jérémie a prophétisé contre toutes les nations;

14. (Car, quoique ce fussent de grands peuples et de grands rois, ils ont été assujettis aux Chaldaéens; et je les traiterai selon leurs mérites et selon les œuvres de leurs mains.)

15. Car voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël: Prenez de ma main cette coupe du vin de ma fureur; et vous en ferez boire à tous les peuples vers lesquels je vous enverrai.

16. Ils en boiront, et ils en seront troublés; et ils sortiront comme hors d'eux-mêmes à la vue de l'épée que j'enverrai contre eux.

17. Et je regus la coupe de la main du Seigneur, et j'en fis boire à tous les peuples vers lesquels le Seigneur m'a envoyé:

18. A Jérusalem, aux villes de Juda, à ses rois et à ses princes, pour réduire leurs terres en un désert, et pour les rendre l'étonnement, la fable et la malediction des hommes, comme il paraît aujourd'hui;

19. Pharaoni regi Ægypti, et servis ejus, et principibus ejus, et omni populo ejus.

20. Et universis generaliter : cunctis regibus terræ Ausitidis, et cunctis regibus terræ Philistinim, et Ascaloni, et Gaza, et Accaron, et reliquiis Azoti :

21. Et Idumææ, et Moab, et filiis Ammon :

22. Et cunctis regibus Tyri, et universis regibus Sidonis : et regibus terræ insularum, qui sunt trans mare :

23. Et Dedan, et Thema, et Buz, et universis qui attonsi sunt in comam :

24. Et cunctis regibus Arabiæ, et cunctis regibus Occidentis, qui habitant in deserto :

25. Et cunctis regibus Zambri, et cunctis regibus Elam, et cunctis regibus Medorum :

26. Cunctis quoque regibus aquilonis de propè et de longè, unicuique contra fratrem suum : et omnibus regnis terræ, quæ super faciem ejus sunt : et rex Sesach bibet post eos.

27. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Bibite, et inebriamini, et vomite : et cadite, neque surgatis à facie gladii, quem ego mittam inter vos.

28. Cùmque noverint accipere calicem de manu tuâ ut bibant, dices ad eos : Hæc dicit Dominus exercituum : Bibentes bibetis.

29. Quia ecce in civitate, in quâ invocatum est nomen meum, ego incipiam affligere : et vos quasi innocentes et immunes eritis : non eritis immunes : gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum.

30. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, et dices ad illos : Dominus de excelso rugiet, et de habitaculo sancto suo dabit vocem suam : rugiens rugiet super decorem suum : celeuma quasi calcantium concinetur adversus omnes habitatores terræ.

31. Pervenit sonitus usque ad extrema terræ : quia iudicium Domino cum gentibus : iudicatur ipse cum omni carne. Impios tradidi gladio, dicit Dominus.

32. Hæc dicit Dominus exercituum : Ecce afflictio egredietur de gente in gentem : et turbo magnus egredietur à summitatibus terræ.

33. Et erunt interfecti Domini in die illâ à summo terræ usque ad summum ejus : non plangentur, et non colligentur, neque sepelientur : in sterquilinum super faciem terræ jacebunt.

34. Ululate, pastores, et clamate : et aspergite vos cinere, optimates gregis : quia completi sunt dies vestri, ut interficiamini : et dissipationes vestræ, et cadetis quasi vasa pretiosa.

35. Et peribit fuga à pastoribus, et salvatio ab optimatibus gregis.

36. Vox clamoris pastorum, et ululatus optimatum gregis : quia vastavit Dominus pascea eorum.

37. Et contulerunt arva pacis à facie iræ furoris Domini.

38. Dereliquit quasi leo umbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, et à facie iræ furoris Domini.

19. A Pharaon, roi d'Égypte, à ses serviteurs, à ses princes et à tout son peuple :

20. Et généralement à tous, à tous les rois du pays d'Ausite, à tous les rois du pays des Philistins, d'Ascalon, de Gaza, d'Accaron, et à ce qui reste d'Azot :

21. A l'Idumée, à Moab, et aux enfants d'Ammon ;

22. A tous les rois de Tyr et à tous les rois de Sidon, et aux rois de la terre des îles, lesquels sont au delà de la mer ;

23. A Dédan, à Théma, à Buz, et à tous ceux qui se font couper les cheveux en ronds ;

24. A tous les rois d'Arabie, à tous les rois d'Occident qui habitent dans le désert ;

25. A tous les rois de Zambri, et à tous les rois d'Elam, et à tous les rois des Médés ;

26. A tous les rois de l'aquilon, soit qu'ils soient plus proches ou plus éloignés ; à tous ces peuples, pour les animer les uns contre les autres ; à tous les royaumes qui sont sur la face de la terre. Et le roi de Sésach en boira après eux.

27. Et vous leur direz encore ceci : Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Buvez, enivrez-vous ; rejetez ce que vous avez bu ; et tombez, sans vous relever, à la vue de l'épée que j'enverrai contre vous.

28. S'ils ne veulent pas recevoir de votre main cette coupe que vous leur donnerez à boire, vous leur direz : Voici ce que dit le Seigneur des armées : Vous en boirez très-certainement.

29. Car je vais commencer à affliger les habitants de cette ville même où l'on invoquait mon nom ; et vous prétendrez après cela être exempts de ce châtiement, comme si vous étiez innocents ? Vous ne vous en exempterez point ; car je vais envoyer l'épée contre tous les habitants de la terre, dit le Seigneur des armées.

30. Vous leur prophétiserez toutes ces choses, et vous leur direz : Le Seigneur rugira du haut du ciel, et il fera entendre sa voix du lieu de sa demeure sainte ; il rugira comme un lion contre le lieu même de sa gloire ; et il s'exclera un cri commun contre tous les habitants de la terre, tel qu'en font ceux qui foulent du vin.

31. Le bruit en retendra jusqu'aux extrémités du monde, parce que le Seigneur entre en jugement contre les nations : il se rend lui-même juge de tous les hommes. J'ai livré à l'épée les impies, dit le Seigneur.

32. Voici ce que dit le Seigneur des armées : Les maux vont passer d'un peuple à un autre, et une grande tempête sortira des extrémités du monde.

33. Ceux que le Seigneur aura tués ce jour-là seront étendus sur la terre d'un bout à l'autre ; on ne les pleurera point, on ne les relèvera point, on ne les ensevelira point ; mais ils demeureront sur la face de la terre comme du fumer.

34. Pleurez amèrement, pasteurs, et criez : couvrez-vous de cendres, vous qui êtes les chefs de mon troupeau ; car le temps est accompli où vous devez être tués, où vous serez dispersés ; et vous tomberez par terre, comme des vases d'un grand prix qu'on laisse tomber.

35. Les pasteurs voudront fuir, et ne le pourront ; les chefs du troupeau chercheront leur salut inutilement.

36. Les cris des pasteurs se mêleront avec les hurlements des principaux du troupeau, parce que le Seigneur a détruit leurs pâturages.

37. Les champs de la paix sont dans un triste silence devant la colère et la fureur du Seigneur ;

38. Il a abandonné comme un lion affamé le lieu de sa retraite ; et ensuite la terre a été désolée par la colère de la colombe, et par l'indignation et la fureur du Seigneur.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Verbum, quod fuit ad Irmeiahû de universo populo Iehudah anno quarto Iehoiachim filii Iosiahû regis Iehudah (ipse est annus primus Nebuchadresar regis Babel.) — 2. Quod locutus est Irmeiahû propheta ad omnem populum Iehudah, et ad universos habitatores Ierusalem, dicendo : — 3. A tertio decimo anno Iosiahû filii Amon regis Iehudah usque ad diem hanc (ipse est tertius et vicissimus annus), fuit verbum Domini ad me, et locutus sum ad vos manè surgendo et loquendo ; et non audistis. — 4. Et misit Dominus ad vos omnes servos suos prophetas, manè surgendo et mittendo (et non audistis, neque inclinastis aurem vestram ad audiendum). — 5. Dicendo : Revertimini nunc à viâ vestrà malâ, et à malitiâ operum vestrorum : et habitabitis super terram quam dedit Dominus vobis, et patribus vestris, à seculo et usque in seculum. — 6. Et ne ambuletis post deos alienos ut serviat is eis, et incurvetis vos eis : et ne irasci faciatis me propter opus manuum vestrarum, et non malefaciam vobis. — 7. Et non obtemperastis mihi, dixit Dominus, ut irasci faceretis me propter opus manuum vestrarum in malum vobis. — 8. Propterea sic dixit Dominus exercituum : Pro eo quod non parvistis verbis meis : — 9. Ecce mittam, et assumam universas cognationes aquilonis, ait Dominus, et ad Nabuchadresar regem Babel servum meum : et adducam eos ad terram istam, et ad habitatores ejus, et ad omnes nationes, in circuitu : et interficere faciam eos, ponamque eos in stuporem et in sibilum, et in solitudines sempiternas. — 10. Perdereque faciam ab eis vocem gaudii et vocem lætitiæ, vocem sponsi et vocem sponse, vocem molarum, et lumen lucernæ. — 11. Et erit universa terra hæc in solitudinem, et in stuporem : et servient gentes istæ regi Babel septuaginta annis. — 12. Et erit cum impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babel, et super gentem illam, dixit Dominus, iniquitatem eorum, et super terrâ Chasidim : et ponam illam in solitudines sempiternas. — 13. Et adducam super terram illam, omnia verba mea, quæ locutus sum contra eam, omne quod scriptum est in libro hoc, quod prophetavit Irmeiahû adversum omnes gentes : — 14. Nam utuntur eis etiam ipse gentes multæ, et reges magni : reddamque eis secundum opus eorum, et iuxta opus manuum eorum. — 15. Quia sic dixit Dominus Deus Israel ad me : Sume calicem vini furoris hujus de manu meâ : et propinare facies illum omnibus gentibus, ad quas ego mitto te. — 16. Et bibent, et tremant, et insanient à facie gladii, quem ego mitto inter eos. — 17. Et accipi calicem de manu Domini, et propinare facies omnibus gentibus, ad quas misit me Dominus : — 18. Ierusalem, et civitatibus Iehudah, et regibus ejus, et principibus ejus : ut ponerem eas in solitudinem, in stuporem, et in sibilum, et in maledictionem, secundum diem hanc : — 19. Paroh regi Ægypti, et servis ejus : et principibus ejus, et omni populo ejus : — 20. Et omnibus populis mistis, et omnibus regibus terræ Us, et omnibus regibus terræ Pelisthim, Ascalon, et Azab, et Ecoru, et residuo Asdod, — 21. Edom, et Moab, et filiis Ammon : — 22. Et omnibus regibus Sor, et universis regibus Sidon : et omnibus regibus insularum, qui sunt trans mare. — 23. Et Dedan, et Thema, et Buz, et universis terminis anguli mundi. — 24. Et cunctis regibus Arabiæ, hoc est, omnibus regibus Arabiæ, qui habitant in deserto. — 25. Et cunctis regibus Zimri, et universis regibus Elam, et omnibus regibus Madai : — 26. Sed et cunctis regibus aquilonis propinquis, et remotis alteris ab alteris ; et omnibus regnis terræ, quæ sunt in superficie terræ ; et rex Sesach bibet post eos. — 27. Et dices ad eos : Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel : Bibite, et inebriamini, et vomite ; et cadite, et non resurgatis à facie gladii, quem ego mitto inter vos. — 28. Et erit ; si renuerint accipere calicem de manu tuâ ut bibant, dices ad eos : Sic dixit Dominus exercituum : Bibendo bibetis ; — 29. Quia ecce civitati, super quam invocatum est nomen meum, ego incipio malefacere, et vos penitus eritis innoxii : non eritis innoxii ; gladium enim voco super omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum. — 30. Et tu prophetabis super eos omnia verba hæc, dicentes ad illos : Dominus de excelso rugiet, et de habitaculo sancto suo dabit vocem suam ; rugiendo rugiet super habitaculum suum ; celeuma veluti calcantium concinetur omnibus habitatoribus terræ. — 31. Venit sonitus usque ad extremum terræ : quia iudicium est Domino cum gentibus ; iudex est ipse omnis carnis, impios tradet gladio, dicit Dominus. — 32. Sic dixit Dominus exercituum : Ecce malum egredietur à gente in gentem : et turbo magnus suscitabitur à lateribus terræ. — 33. Et erunt interfecti à Domino in die illâ ab extremo terræ usque ad extremum terræ : non plangentur, nec colligentur, neque sepelientur : veluti sterquilinum in superficie terræ erunt. — 34. Ululate, pastores, et clamate ; et involvite vos in pulvere majores gregis, quia completi sunt dies vestri ut joguelet alter alterum ; et complete sunt dispersiones vestre, et cadetis veluti vas desiderabile. — 35. Et peribit fuga à pastoribus, et evasio à majoribus gregis. — 36. Vox clamoris pastorum, et ululatus majorum gregis, quia vastavit Dominus pascea eorum. — 37. Et succisa sunt pascea pacifica propter iram furoris Domini. — 38. Dereliquit tanquam leuculus tabernaculum suum, quia fuit terra eorum in desolationem propter iram opprimientis, et propter iram furoris ejus

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — PRIMUS, etc. Quartus annus Joacim dicitur primo esse imperii Nabuchodonosor, quia primus is annus nondum exactus erat. Cœpit enim imperare Nabuchodonosor tertio imperio anno Joacim ; unde et tertius annus regni Joacim dicitur etiam esse primus Nabuchodonosor.

VERS. 3. — A TERTIO DECIMO, etc. Josias 31 annis regnavit ; ex quibus deme 12, supersunt novemdecim,

quibus si addas quatuor annos quibus jam regnaverit Joacim, 23 anni conficiuntur; quæ summa est hujus temporis quo hæc Jeremias docuerat populum. Quarto igitur anno Joacim prædixit Jeremias annos illos 70 exiliu Babylonici; et jam 25 annos prophetaverat. *Isra. est, etc., vel, jam sunt tres et viginti anni.* *LOCUTUS SUM, sub. verbum illud.* *MANE SURGENDO, etc.,* id est, summâ diligentia exponendo vobis voluntatem Domini.

VERS. 4. — *MANE, etc.,* id est, magnâ curâ et assiduè mittendo. (Vid. Ps. 63, 2, et 101, 8.)

VERS. 5. — *HABITABITIS (1),* ad verbum *habitate* (2).

VERS. 9. — *MITTAM ET ASSUMAM.* Missurus sum ut assumam, sub. ad me. (Vid. supra, 1, 15.) *SERVATUM MEUM.* (Id est, cuius operâ utar tanquam opus servit; fuit enim flagellum Dei, fecitque ipsius imperia. Vid. Isai. 45, 1, et infra, 45, 10.) *IN STUPOREM.* Vide supra, 18, 16. *SEMPITERNAS.* Perpetuas hic vocat, quæ duraverunt septuaginta annorum spatium, nam tot annis fuerunt captivi in Chaldaea Judæi; quibus elapsis revocaturus erat eos Deus in terram sanctam.

VERS. 10. — *PEDEREGUE FACIAM, id est,* auferam ab eis. (Vid. supra, 7, 54, et 16, 9.) *VOCEM SPONSÆ, q. d.:* Tempore captivitatis erit maximus luctus in terrâ: nulke tunc celebrabuntur nuptiæ. *MOLARUM.* Per molas intelligit instrumentum duabus molis constans (est enim duale), quo condimenta teruntur, q. d., tunc non agitatibus convivia. (Clericus accipit simpliciter de lapidibus molaribus, quæcum si alicunde tollas strepitum, tollis panem, proinde incolas.) *LUMEN LUCERNE, sive, lucem faculæ.* Per faculas intelligit ea funalia quæ magnificis conviviiis magnâ copîa adhiberi solent.

VERS. 11. — *SERVIENT GENTES ISTÆ (vel, servient gentes illis, et regi Babel).*

VERS. 12. — *VISITABO, etc.* (Nabonidum puniam per Cytum. Grot.)

VERS. 14. — *USURATEURIS (4), etc.,* utentur operâ eorum, sub. tanquam operâ servorum, id est, redi-

(1) A SECCULO, ET USQUE IN SECCULUM, id est, ut ex quo tempore jam olim in eam ingressi estis, non migraretis ex eâ, ut eam perpetuò possideretis; peccata autem vestra vos inde expulerunt, ut supra, c. 7, 7. (Maldonat.)

(2) VERS. 6. — *POST DEOS, etc.* Non absolvi eos de illis peccatis, sed speciem unam pro pluribus hic ponit, nempe eorum superstitiones, etc., tum quia Deo nihil est pretiosius puro et legitimo cultu; tum ut ostendat ipsos fore male à Deo defectisse. (Calvin.)

(3) *IN MALUM VESTRUM, vel, vobis; idque vestro malo, non meo,* quia peccata vestra non leduunt, q. d.: Non meam causam agunt, sed vestram. (Synops.)

(4) *OMNI QUOD SCRIPTUM EST IN LIBRO ISTO.* Hic sequitur in Græco prophetia hujus prophete adversus gentes varias; ut, contra Elymæos ea quam nos habemus 49, 35; deinde illa contra Ægyptum, quæ nobis est capite 46, tum contra Babylonem, quam nos habemus capite 50 et 51; deinde illa 47, 48, 49. Postea sequuntur ea quæ in hoc sunt capite à comitate 15. Non improbo. Videtur enim iste prophetia indicari, cum dicitur: *In libro isto quem prophetavit Jeremias adversus omnes gentes.* (Grot.)

(5) *QUIA SERVIENTIBUS, CUM ESSENT GENTES MULTE,*

gent eos in servitutem. (Vide supra, 22, 43, et infra, 27, 7.)

ET REGES MAGNI. Cur id criminii illis datur? Nomen coacti cessare, cum resistere Chaldais non possent? Tameis verò sponte se subjecerunt, nonne illis per Jeremiam imperaverat Deus, ut colla submitterent, extremis calamitatibus obruendi, nisi obtemperarent? *Gens autem et regnum, quod non servierit Nabuchodonosor regi Babylonis..... in gladio, et in fame, et in peste visitabo super gentem illam.*

Ut vaticinii hujus sensum probè assequamur, tempora sedulo distinguenda sunt. Gentes Judæis limitæ, in eunte regnū Sedecia, legatos ad Sedeciam, misere, postulatum, ut intis una consiliis armisque, Nabuchodonosori occurrerent, ejusque victoriarum impetum coercerent. Monuit tunc illos Dei nomine Jeremias, ut colla Nabuchodonosori subderent, penam mox reccitatis minitatis. At minime terri fœdus una invinere, postivo Deo, mutam sibi opem polliciti. Alii quo post annos, cum Nabuchodonosor de Sedecia fide dubitaret, illumque secreto fodere cum Ægyptis junctum esse intelligeret, ingenti cum exercitu in Judæam veniens Hierosolymam aggressus est. Statim vero Idumæi, Ammonite, Moabite vires cum illo junxere in Sedeciam, spretis promissionibus ac fide, quibus sese erga Sedeciam obstrinxerant.

Hanc illis perfidiam exprobat hic Jeremias. Nabuchodonosori, quantum validissimo, et gentibus innumeris stipato, servitistis, vel, arma cum Nabuchodonosore junxerit, in Judæa periclitum, cum illius impetum coercere possidetis, quippe gentes copias et numero florentissime, modo vires unâ conjungere placet.

Certissime novimus ex Scripturâ Idumæos ad Nabuchodonosoris copias accessisse: id quæ certum de Ammonitis et Moabitis est. Arguit Ezechiel Tyrios et Sidonios, quod Hierosolymæ expugnatione et exicidii gavisi fuerint. Denique Ægypti nonnulli moverunt, ut suppetias ad Sedeciam afferrent. Incurrere videtur Ezechiel 30, 21, aliquam cum Ægyptis pugnam, quæ inferior Ægyptus fuit: *Brachium Pharaonis..... confregit: et ecce non est obolatum ut restitueretur ei a nitis.*

Recentiores interpretes Hebræam aliter reddunt: Quoniam Chaldaei ad servitutem adegerunt populos regeque plurimos, illos etiam subjecerunt servitutis gentes multe, et reges magni. Ad verbum: Quoniam usi sunt illis, ut illos gentes multe et reges magni. Quoniam demonstrare non possumus, gentes à Chaldaeis superatas, præsertim eas hic recensitas, Ægyptios, Phœnicæ, Idumæos, Moabitas, Ammonitas ullâ ætate imperium in Chaldaeos exeruisse, id certè à prophetis omnibus prædici, fatendum est. Scribit Isaias fore et reges Hierosolymæ serviant, eamque restituant, gentes vero aliene coram illâ proccumbant, ac pedum illius polterem lambant. Alibi sit futurum, ut Israeliticæ sibi eos subjeciant, quibus ipsi olim obnoxii fore, sevisque dominis imperent: *Erunt capientes ea quæ ceperant, et subicient excoctores suos.* Everso Chaldaeorum imperio, hi hostibus suis summo in contemptu fuerunt; quomobrem Jeremie oraculum satis explicatur. Si versioem Vulgatæ servare placet, quæcum conveniunt Aquila et Theodotus, conciliari cum Hebræo potest, si vertatur: Quoniam etiam gentes numero florentes, et reges locupletissimi servierunt inter eos, vel, sub eis. Sive: Quia hæc gentes, quantum florentissimæ, et reges opulentissimi servierunt cum eis, sub eis, in eorum exercitu.

Sua jam oracula pronuntiaverat Jeremias, quemadmodum ex versu superioris hic videtur, nedum in Chaldaeos, verum etiam in cæteros; et sequantur in Jeremie libro leguntur capite 46, 47 et 48, quibus Quomobrem consignanda sunt ante quartum Joacim annum in quem computant ea quæ capite 25 narrantur. In Romanâ septuaginta Interpretum editione

VERS. 15. — *FURORIS HUIUS, vini inquam furoris, id est,* calicem plenum vino indignationis hujus; hoc est, calicem plenum non vino ab uviv expresso, sed indignatione, furore, afflictione. *Calix vino plenus (1),* est vindicta et tribulatio. Ostendit hic Dominus se esse ratam Judæis et omnibus vicinis populis. (Vid. Ps. 11, 8, et infra, 51, 7.)

VERS. 16. — *ET TREMENT, ET INSANIENT, pro,* cumque biberint incipient tremere et desperare.

VERS. 18. — *REGIBUS EIUS; per reges videtur intel-*

vers. 14 et consequentes hic non leguntur, loco moti, atque post sex capita inserti, scilicet capite 55 ejusdem editionis. Aliqui tamen codices illos hic ferunt, minime transpositos, veluti Complutensis, Nobillii, et varie lectiones Polyglottorum Londinensium, in 4. Legit hos versus Theodorici, sive emendationis codice usus sit, quam S. Hieronymus, sive ex alia versione subalteri, vel etiam ex Hebræo et Syro, quos ille hic recitat, ver. 25.

(1) *SECCO CALICEM.* Notat Hugo et S. Thom. Jeremiam in visione ostensum et oblatum fuisse à Deo calicem vini, qui significabat justam mensuram vindictæ et suppliciorum, quibus Deus per Chaldaeos quasi vino inebriatus erat impios Judæos et gentes, ut penè ad insaniam vi doloris adigerentur: hunc vicissim ipsimet Chaldaeis similiter per visionem propinat, id est, prædicit et comminatur Jeremias. Ita Theodor. Hugo, S. Thomas et alii. Idque quæ ipsi quasi ebrii vino ex hinc Dei manum, impetent et collapsi sunt in hanc irati in hoc; *verumtamen fax ejus non est exsinita.* Et Isaiæ 51, 17: *Usque ad fundum calicis superis bibisti, et potasti usque ad feces:* unde calicem hunc mox Jeremias vocat *gladium*, cum subdit: *Insanient à facie gladii.* Alludit ad symposiarum, sive modimperatorum, qui convivi præfectus erat, et cuique suum calicem admittetibus et temperabat, talis enim mox Sanchez, calicem hunc esse eum, qui damnis ad mortem dabatur, ut fortis eam ferret; idèque significare mortem.

Hinc 2°, Sanchez censet hæc non per visionem, sed reipsa peracta esse à Jeremiam, idèque eum, instar Habacuc, Daniel, 4, ab angelo ductum esse per provincias hæc omnes cum calice divini furoris pleno; aut potius cum his, qui ex singulis hisce gentibus Hierosolymam ventibant, præsertim in festo Pasche, Pentecostes, aut Tabernaculorum, calicem hunc propinasse ut, cum in suas singulis sedes remigrarent, docerent cives suos, quid ad nationes illas in mandatis à Deo habuissent Jeremias. Hæc sententia probabilis est, prior tamen uti communior, ita facilior est et planior. Difficile enim est concipere quomodo tot tamque remote gentes Hierosolymam uno eodemque tempore confluerent. Deinde, quia id quod sequitur: *Et biberit, et turbabuntur, et insanient à facie gladii,* planè significat hæc omnia non reipsa, sed symbolice esse peracta. Nec enim reipsa gentes biberunt calicem à Jeremiam acceptum, moxque turbate sunt, et insanierunt à facie gladii: nec enim calix est gladius, sive potatio, insignis fuit, uti et ejus haustus, ut Jeremias sibi videre, quod calicem acceperat à Deo, eumque Dei jus propinaret gentibus: cumque illæ cum recusarent, invitas coegit cum bibere et haurire; eo hausto mox turbate sunt, et quasi ebrii ceperunt stringere gladios contra sese invicem, sequè mutuo pugnæ et præliis conficere. Quod nihil aliud fuit, quam justo Dei judicio et vindictæ exortas esse inter eos lites et rixas, quæ in mutas cædes eruperunt. Secus est de catenis cap. 27, 2, hæc enim reipsa misit Jeremias ad gentes, ut illi patebit. 'Corn. à Lap.'

figere Joacim, Joacim et Sedeciam. Incipit Dens à suis. *SECUNDUM DIEM HANC* id est, ut hodie videre est, aut, ut res habet. Hæc verba adjecta sunt à Jeremiam post captivitatem Babylonice, hoc est, prophetia captivitatis impleta, et cum in uno volumine redacti sunt hi sacri libri. Nam cum prædicabat hanc captivitatem, hæc locum habere non poterant.

VERS. 19. — *PAROB REGI ÆGYPTI.* (Vid. 2 Reg., 24, 7.)

VERS. 20. — *ET OMNIBUS POPULIS MISTIS, ad verbum, et universa miscellanea.* Intelligit populum quemdam miscellanæum ex diversis ac variis gentibus conflatum, habitantem in desertis finitibus Jerusalem. (Vid. Exod. 12, 38.) Us. (Vid. Job. 1, 4.)

VERS. 22. — *SOR, etc.* (Vid. Isai. 25, 1.) *MARE.* Intelligit Mediterraneum. Reges insularum sitarum in mari Mediterraneo, Cyprom, Rhodum et Cretam vocat, et alias maris Mediterraneæ insulas. *Trans mare autem,* et alias maris Mediterraneæ insulas. *Trans mare autem,* sive ultra mare, sive ultra littora maris Mediterraneæ, id est, in medio mari. Gallicè, *prot avant dedans la mer,* non enim omnino ultra mare dicit, sed ultra littora eius. (Cæterum videbis infra, 47, et 49, et Tabulas Geograph.)

VERS. 25. — *TERMINIS ANGULI, id est,* omnes populos sitos in extremâ parte orbis, remotissimos quoque populos à terrâ sanctam. (Vid. supra, 9, 26.)

VERS. 24. — *ARABIE, sub. felix.* Hoc est omnibus, etc., ad verbum, et omnibus. Aut, pro id est accipitur, ut de unâ solâ Arabiâ loquatur: aut verendum, et omnibus regibus Arabiæ: ut per istam Arabiam intelligat Arabiam desertam: cum sit duplex.

VERS. 25. — *ELAM.* (Vid. infra, 49, 54 et seq.)

VERS. 26. — *ALTERIS AB ALTERIS, à se insequem.* Ad verbum, *viro à fratre suo.* Hebraismus. *TERRE, sub. sanctæ* (Vid. Ps. 95, 1, id est), maxime parri regnum terræ quæ sunt circum Jerusalem. *Sesach (1), id est,* Babylonis, ut vertit Chaldaeus paraph., q. d.: Ubi rex Babylonis alios reges subjugaverit aut affixerit, tandem subjugabitur à rege Persarum. Vide infra, 51, 41.

VERS. 27. — *ET INEBRIAMINI: ET VOMITE, etc.* Multiplicatio conjunctionum, pro, *Bibite usque ad ebrietatem et vomitum, atque ita ut corruatis, et postea non resurgatis,* q. d.: Temulentis postea redeunt ad se, sed vos ita corruatis non ququam restituiamini in pristinum

(1) *ET REX SESACH BIBET POST EOS; in hæc voce (Sesach) ænigma quoddam latet, voluit enim propheta latenter hæc voce significare regem Babylonis; ut Sesach sit idem quod Babel. Non quod civitas illa unquam sic fuerit appellata, sed quod per ænigma, ut dixi, Babel significatur. Pro cuius rei intellectu sciendum est, in voce (Babel) esse apud Hebræos tres litteras, et similiter tres in voce Sesach et quidem quæ eundem ordinem in alphabeto obtineant: sed litteræ Babel incedendo in alphabeto, ordine recto, litteræ vero redditæ vocabulum Sesach procedendo ordine inverso. Hoc ergo ænigmatè propheta per Sesach, vult Babel sen Babylonem intelligi. Id quod prædicatur à propheta factum fuisse rectè annotat Hieron., no regis, qui jam civitatem Hierosolymam obsidebat, furorem contra se provocaret. Couler c. 51, v. 41. (Estius.)*

statum; vel, ut de solis Judæis intelligatur hic versus: Cadetis et non resurgetis, nisi post longum tempus, nempe post septuaginta annos.

VERS. 29. — SUPER QUAM INVOCATEM, etc., id est, que dicitur urbs Domini, 1 Pet. 4, 17: *Tempus est ut incipiat iudicium a domo Dei: quod si primum incipit à nobis, quis erit finis eorum qui non credunt Dei Evangelio?* PENITUS, etc., ad verbum, *absolendo absolventini* non *absolventini*, id est, et vos impunè abiretis? non impunè feretis. (Vid. Exod. 20, 7, et Ps. 84, 12.)

VERS. 50. — RUGIET, id est, iram suam rugitu ostendit more leonis. HABITACULUM SUUM; intelligit templum, q. d.: Terribili voce incitabit Babylonios ad perdendum templum suum. CELEUSMA. Adhortabitur Nabuchodonosor ad eversionem Judæorum. (Vid. infra, 48, 33.)

VERS. 51. — SONITUS, etc., strepitus sive tumultus; hyperbole est; aut certe intelligit de regione illà tantum. JUDEX EST, vel, *iudicio contendit*.

VERS. 52. — EGREDITUR, etc., id est, orientur varia bella. A LATERIBUS, id est, à finibus. (Vid. supra, 6, 22.) Prædicit desolationem secundi templi: prius de primo egit. Orientur gravissima bella in mundo, venietque magnus exercitus oppugnatum Jerusalem ex longinquissima regione.

CAPUT XXVI.

1. In principio regni Joakim filii Josia regis Juda: factum est verbum istud à Domino, dicens:

2. Hæc dicit Dominus: Sta in atrio domus Domini, et loqueris ad omnes civitates Juda, de quibus veniunt ut adorent in domo Domini, universos sermones quos ego mandavi tibi ut loquaris ad eos: noli subtrahere verbum:

3. Si fortè audiant et convertantur unusquisque à viâ suâ malâ: et peniteat me mali, quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum?

4. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Si non audieritis me, ut ambulatis in lege meâ, quam dedi vobis:

5. Ut audiat sermone servorum meorum prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte consurgens, et dirigens, et non audistis:

6. Dabo domum istam sicut Silo, et urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.

7. Et audierunt sacerdotes, et prophete, et omnis populus, Jeremiam loquentem verba hæc in domo Domini.

8. Cùmque complèssset Jeremias, loquens omnia que præceperat ei Dominus, ut loqueretur ad universum populum, apprehenderunt eum sacerdotes, et prophete, et omnis populus, dicens: Morte moriatur.

9. Quare prophetavit in nomine Domini, dicens: Sicut Silo erit domus hæc: et urbs ista desolabitur, eo quod non sit habitator? Et congregatus est omnis populus adversus Jeremiam in domo Domini.

10. Et les princes de Juda ayant entendu ceci, monterent de la maison du roi à la maison du Seigneur, et ils s'assirent à l'entrée de la porte neuve de la maison du Seigneur

VERS. 53. — INTERFECTI A DOMINO, (ad verbum, *interfecti Domini*, id est, multi, juxta Ps. 56, 7, vel) sub. *jussu*. Qui interfecti fuerint à Romanis, jussu Domini; hæc sub Tito acciderunt.

VERS. 54. — ULLULATE. Ugete, vel, *gemite*. INVOCATE VOS; (aliquando, *apha*, id est, cinis sive pulvis, ei adjungitur: ut Ezech. 27, 50) in cinere volutabant se. DISPERSIONES VESTRÆ, ad verbum, *et dispersionum vestrarum*, (sub. *dies*, è precedentibus.) DESIDERABILE, ad verbum, *desiderii*, id est, pretiosum.

VERS. 57. — ET SUCCISA SUNT, etc. Hebr.: Et excidentur habitacula pacis. id est, urbes terræ sanctæ que agitabant pacem.

VERS. 58. — DERELIQUIT, etc. Præterita pro futuris, *deseret ut leo*, etc. Deus tuebatur templum suum ut leo antrum suum fortiter: nunc autem abscedet et destruetur. OPRIMENTIS, ad verbum, *depopulantis*, vel, *vim inferentis*, (sub. *gladii*, ut habetur expressè infra. 46, 16, et 50, 16, et ut vertere septuaginta et) Chaldaeus paraph.: *A facie gladii odio habentis*, vel inimici, qui est sicut vinum inebrians. Ita deducit à iain, vinum. (Hieronym., à *facie columbar*; id est, Assyriorum, qui *columbam* in vexillo habuerunt. Schindler. favent Septuaginta Sophon. 2, 1.)

CHAPITRE XXVI.

1. Au commencement du règne de Joakim, fils de Josias, roi de Juda, le Seigneur me dit ces paroles:

2. Voici ce que dit le Seigneur: Tenez-vous à l'entrée de la maison du Seigneur, et dites à tous les habitants des villes de Juda qui viennent adorer dans la maison du Seigneur, tout ce que je vous ai ordonné de leur dire; n'en retranchez pas la moindre parole:

3. Ecouteront-ils, et se convertiront-ils en quittant leur mauvaise voie, afin que je me repente du mal que j'avais résolu de leur faire à cause de la malice de leur cœur?

4. Vous leur direz donc: Voici ce que dit le Seigneur: Si vous ne faites ce que je vous dis en marchant selon la loi que je vous ai donnée,

5. Et en écoutant les paroles des prophètes qui sont mes serviteurs, que je vous ai envoyés, et que vous n'avez point écoutés;

6. Je réduirai cette maison dans le même état où est Silo, et je rendrai cette ville l'exécution de tous les peuples du monde.

7. Les prêtres, les prophètes et tout le peuple entendirent Jérémie qui disait ces paroles en la maison du Seigneur.

8. Et Jérémie ayant dit tout ce que le Seigneur lui avait ordonné de dire à tout le peuple, les prêtres, les prophètes et tout le peuple s'assembla contre Jérémie dans la maison du Seigneur.

9. Pourquoi a-t-il prophétisé au nom du Seigneur, en disant: Cette maison sera traitée comme Silo, et cette ville sera détruite sans qu'il reste personne pour l'habiter? Alors tout le peuple s'assembla contre Jérémie dans la maison du Seigneur.

10. Et les princes de Juda ayant entendu ceci, monterent de la maison du roi à la maison du Seigneur, et ils s'assirent à l'entrée de la porte neuve de la maison du Seigneur

11. Et locuti sunt sacerdotes et prophete ad principes, et ad omnem populum dicentes: Judicium mortis est viro huic: quia prophetavit adversus civitatem istam, sicut audistis auribus vestris.

12. Et ait Jeremias ad omnes principes, et ad universum populum, dicens: Dominus misit me, ut prophetarem ad domum istam, et ad civitatem hanc, omnia verba que audistis.

13. Nunc ergo bonas facite vias vestras et studia vestra, et audite vocem Domini Dei vestri: et ponitebit Dominum mali, quod locutus est adversum vos.

14. Ego autem ecce in manibus vestris sum: facite mihi quod bonum et rectum est in oculis vestris.

15. Verumtamen scilote et cognoscite, quòd si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, et contra civitatem istam et habitatores ejus. In veritate enim misit me Dominus ad vos, ut loquerer in auribus vestris omnia verba hæc.

16. Et dixit rex principes, et omnis populus, ad sacerdotes, et ad prophetas: Non est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos.

17. Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ et dixerunt ad omnem cœtum populi, loquentes:

18. Michæas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechie regis Juda, et ait ad omnem populum Juda, dicens: Hæc dicit Dominus exercitum: Sion quasi ager arbutur, et Jerusalem in acervum lapidum erit: et mons domus in excelsa sylvarum.

19. Numquid morte condemnavit eum Ezechias rex Juda et omnis Juda? numquid non tinnerunt Dominum, et deprecati sunt faciem Domini? et penituit Dominum mali, quod locutus fuerat adversum eos. Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras.

20. Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini, Urias filius Semei de Cariathiarim: et prophetavit adversus civitatem istam et adversus terram hanc, juxta omnia verba Jeremie.

21. Et audivit rex Joakim, et omnes potentes, et principes ejus, verba hæc: et quasivit rex interficere eum. Et audivit Urias, et timuit: fugitque, et ingressus est Ægyptum.

22. Et misit rex Joakim viros in Ægyptum, Elnathan filium Achobor, et viros cum eo in Ægyptum.

23. Et eduxerunt Uriam de Ægypto: et adduxerunt eum ad regem Joakim, et percussit eum gladio: et projecit cadaver ejus in sepulcris vulgi ignobilis.

24. Igitur manus Ahicam filii Saphan fuit cum Jeremiâ: ut non traderetur in manus populi, et interficerent eum.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. In principio regni Iehoiachim filii Josiah regis Iehudah, fuit verbum istud à Domino, ut diceret: — 2. Sic dixit Dominus: Sta in atrio domus Domini, et loquere ad omnes civitates Iehudah, qui veniunt ut incurrent se in domo Domini, universa verba, que præcepi tibi ut loquaris ad eos; ne prohibeas verbum. — 3. (Si fortè audiant et convertantur unusquisque viâ suâ malâ; et peniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam operum eorum.) — 4. Et dices ad eos: Sic dixit Dominus: Si non parueritis mihi ut ambulatis in lego

11. Alors les prêtres et les prophètes parlèrent aux princes et à tout le peuple, en disant: Cet homme mérite la mort, parce qu'il a prophétisé contre cette ville, comme vous l'avez entendu de vos oreilles.

12. Et Jérémie dit à tous les princes et à tout le peuple: C'est le Seigneur qui m'a envoyé pour parler à cette maison et à cette ville, et pour lui prédire tout ce que vous avez entendu.

13. Redressez donc maintenant vos voies, rendez plus pures les affections de votre cœur, et écoutez la parole du Seigneur votre Dieu; et le Seigneur se repentira du mal qu'il avait résolu de vous faire.

14. Pour moi, je suis entre vos mains; faites de moi ce qu'il vous plaira.

15. Sachez néanmoins, et soyez-en persuadés, que, si vous me faites mourir, vous répandez un sang innocent que vous ferez retomber sur vous-mêmes, sur cette ville et sur ses habitants; parce que c'est véritablement le Seigneur qui m'a envoyé vers vous pour vous dire tout ce que vous avez entendu.

16. Alors les princes et tout le peuple dirent aux prêtres et aux prophètes: Cet homme n'a point mérité la mort, parce qu'il nous a parlé au nom du Seigneur notre Dieu.

17. En même temps quelques-uns des plus anciens du pays se levèrent, et dirent à toute l'assemblée du peuple:

18. Michéa de Morasthi prophétisa au temps d'Ezéchias, roi de Juda; et il dit à tout le peuple de Juda: Voici ce que dit le Seigneur des armées: Sion sera labourée comme un champ; Jérusalem sera réduite en un morceau de pierres, et cette montagne, où est le temple, deviendra une haute forêt.

19. Fut-il pour cela condamné à mort par Ezéchias, roi de Juda, et par tout le peuple? ne craignent-ils pas au contraire le Seigneur? et n'offrent-ils pas leurs prières devant le Seigneur? et il se repentit des maux dont il avait résolu de les affliger. Ainsi nous commettons maintenant un grand crime qui retombera sur nous.

20. Il y avait aussi un homme nommé Urie, fils de Séméi de Cariathiarim, qui prophétisait au nom du Seigneur, et qui avait prédit contre cette ville et contre ce pays toutes les mêmes choses que Jérémie.

21. Et le roi Joakim, tous les princes et les plus puissants de sa cour l'ayant entendu, le roi voulut le faire mourir. Urie le sut; il eut peur, et il s'enfuit, et se retira en Égypte.

22. Et, le roi Joakim ayant envoyé Elnathan, fils d'Achobor, et des hommes avec lui pour le prendre dans l'Égypte,

23. Ils en tirèrent Urie, et l'amènèrent au roi Joakim, qui le fit mourir par l'épée, et voulut que son corps fût enseveli sans honneur dans les sépulcres des derniers du peuple.

24. Ahicam, fils de Saphan, soutint donc puissamment Jérémie, et il empêcha qu'il ne fût abandonné entre les mains du peuple, et qu'on ne le fit mourir.

meâ, quam dedi coram vobis. — 5. Ut obtemperetis verbis servorum meorum prophetarum, quos mitto ad vos manâ surgendo, et mittendo, et non paristis illis; — 6. Et dabo domum istam sicut Siloh, et urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ. — 7. Et audierunt sacerdotes et propheta, atque universus populus, Irmeiahu loquentem verba hæc in domo Domini. — 8. Et fuit, cum consummasset Irmeiahu loqui omnia verba, quæ præceperat Dominus ut loqueretur ad omnem populum, apprehenderunt eum sacerdotes et propheta, et omnis populus, ditendo: Moriendo morieris. — 9. Quare prophetasti in nomine Domini, dicendo: Sicut Siloh erit domus ista; et urbs ista desolabitur, ita ut non sit habitator? Et congregatus est omnis populus adversus Irmeiahu in domo Domini. — 10. Et audierunt principes Iehudah hæc; et ascenderunt de domo regis in domum Domini, et sederunt in ostio porte Domini novæ. — 11. Et dixerunt sacerdotes et propheta ad principes et ad omnem populum, dicendo: Judicium mortis est viro huic; quia prophetavit contra civitatem istam, sicut audistis auribus vestris. — 12. Et ait Irmeiahu ad omnes principes et ad universum populum, dicendo: Dominus misit me ut prophetarem contra domum istam, et contra civitatem hanc omnia verba quæ audistis. — 13. Et nunc bonas facite vias vestras, et opera vestra, et obedite voci Domini Dei vestri; et panitebit Dominum mali quod locutus est adversum vos. — 14. Ego autem ecce sum in manibus vestris; facite mihi sicut bonum et sicut rectum est in oculis vestris; — 15. Verumtamen sciendo sciat is quia si occideritis me, sanguinem innocentem traditis super vos, et super civitatem istam, et super habitatores ejus; in veritate enim misit me Dominus ad vos, ut loquerer in auribus vestris omnia verba hæc. — 16. Et dixerunt principes, et omnis populus ad sacerdotes et prophetas: Non est viro huic iudicium mortis; quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos. — 17. Surrexeruntque viri de senioribus terræ; et dixerunt ad omnem cœtum populi, dicendo: — 18. Michah Morastites vaticinatus est in diebus Chizciahû regis Iehudah, et ait ad universum populum Iehudah, dicendo: Sic dixit Dominus exercituum: Sion ut ager arabitur; et Jerusalem ut desertum erit; et mons domus in excelsa sylvæ. — 19. Numquid ob id interfecerunt eum Chizciahû rex Iehudah, et omnis Iehudah? an non timuit Dominum, et precatos est faciem Domini; et penituit Dominum mali quod locutus fuerat adversus eos? Et nos facimus malum grande contra animas nostras. — 20. Et fuit etiam vir qui vaticinatus est in nomine Domini, Uriahû filius Semaiahû de Ciriath-learim; et prophetavit adversus civitatem istam, et adversus terram hanc juxta omnia verba Irmeiahu. — 21. Et audivit rex Iehoiachim, et omnes potentes ejus, et omnes principes verba ejus; et quæsitit rex interficere eum. Et audivit Uriahû, et timuit, fugitque et ingressus est Ægyptum. — 22. Et misit rex Iehoiachim viros in Ægyptum, Elnathan filium Achor, et viros cum eo in Ægyptum. — 23. Et eduxerunt Uriahû de Ægypto; et adduxerunt eum ad regem Iehoiachim, et percussit eum gladio; projecitque cadaver ejus in sepulera filiorum populi. — 24. Tantum manus Achicam filii Saphan erat cum Irmeiahu, ut non traderet eum in manu populi, ad interficiendum eum.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — SIC DIXIT, etc. hæc enim dixit mihi Dominus. Verba propheta, per parentheses. AD OMNES CIVITATES, ad omnes viros urbium. NE PROMIHEAS VERBUM; vel, ne subtrahas quidquam.

VERS. 3. — SI FORTE AUDIANT, etc. Fortè audient et convertentur; et me panitebit, vel, mutabo sententiam. ET PENITEAT ME MALI, id est, mutabo sententiam afflictionis quam, etc. (Vid. 1 Sam. 15, 11.)

VERS. 4. — ET DICES, dic, inquam (2).

VERS. 6. — SILOH. Silo urbs sita in tribu Benjamin, Josue 18, in qua trecentis ferè annis permansit area testamenti, cum tabernaculo ex quo illic è Galgalis allata fuit. Sed urbs hæc quæ quamdiu arcam habuit, frequens et populosa fuit, admodum infrequens et solitaria visa est, captâ arcâ à Palæstinis, 4 Sam. 4. (Vid. sup., 7, 12.)

VERS. 7. — PROPHETA. VOX Hebræa nabi significat

(1) VERS. 1. — IN PRINCIPIO REGNI JOAKIM. Velustus est hoc vaticinium altero, quod superiori capite recitatur, cum illud ad quartum Joakim annum, hoc ad illius exordia pertinet, ad primos videlicet regni annos, cum, teste vers. 21 hujus capituli, ab aliquo jam tempore Joachim regnaret.

(2) VERS. 5. — MISI AD VOS DE NOCTE CONSILIUM, id est, sollicitudo assidua, ut 7, 15; 11, 7; 25, 3, 4.

ET NON AUDISTIS, id est, quos non audistis. (Grotius.)

prophetam, vatem et hominem legis peritum, qui scriba in novo Testamento dicitur; significat etiam falsum prophetam, hoc est, hominem sententiam sibi prophetandi auctoritatem.

VERS. 8. — PROPHETA, id est, scriba et rabbinus. MORIENDO MORIERIS; Hebr., certò morieris (Vid. sup., 5, 11) (1).

(1) APPREHENDERUNT EUM SACERDOTES ET PROPHETA, ET OMNIS POPULUS, DICENS: MORTE MORIATUR. Quæritur quomodo non contrarietur huic id quod infra v. 16, habetur: Dixerunt principes et omnis populus ad sacerdotes et prophetas: Non est viro huic iudicium mortis. Ad hoc responderi potest dupliciter. Uno modo populum prius incitatum à sacerdotibus et prophetis contra Jeremiam sic conclamasse: postea verò junxisse se principibus civitatis, et pro Jeremia locutus; citò enim, inquit D. Hier., inductum vulgus, acceptâ ratione, mutat sententiam. Alter dicendum, non semper quæ universaliter dicuntur in Scripturâ sacrâ, universaliter omnino esse intelligenda; sed notam universalitatis sæpè multitudinem significare, id est, pro multis poni. Sic enim et Apostolus loquitur 2 Timoth., 4: Omnes me dereliquerunt, et: Omnes que sua sunt quærant, Philip. 2, v. 21. Itaque significabitur magnam populi partem stetit à partibus sacerdotum accusantium Jeremiam, et nihilominus alios multos quoque junxisse se principibus civitatis, qui Jeremia causam defendebant. Aut, quod est verisimile, multos etiam ex his qui antea eum ad necem posebant, postmodum principum auctoritate motos, sententiam

VERS. 10. — ET AUDDERUNT. Audierunt autem. ET ASCENDERUNT. Templum enim erat situm in vertice montis Sion (Vid. Ps. 48, 2), regia verò in loco inferiore. ET SEDERUNT, more iudicum. NOVÆ. Chaldeus Paraphrastes, Orientalis; quæ omnium maxima erat, et quæ fortassè instaurata fuerat, unde nova dicebatur, 2 Reg., 15, 35.

VERS. 11. — JUDICIUM MORTIS EST, etc. Hebraismus, dignus est morte (1).

VERS. 15. — SANGUINEM, etc. Hebr. Sanguinem innocentem ponetis super vos, id est, cum occideritis, propter cuius mortem daturis estis penas; neque solum vos, sed etiam hæc urbs et cives ejus.

VERS. 16. — IN NOMINE DOMINI, id est, missus à Deo (2).

VERS. 18. — Ut desertum erit, ad verbum, in acervos lapidum erit, id est, plena erit ruinarum. ET MONS DOMUS, etc., id est, mons Moria ubi est templum, erit plenus arboribus. Hebraismus (5).

mutasse. Et concurrere videtur utraque solutio. (Estius.)

VERS. 9. — NOMINE DOMINI, etc. Quæ facis contrarium sibi suisque promissionibus, Ps. 152, 44, etc., ergo falsarius es, et injuriam facis Deo, dum ita munitis templo et urbi. Quare non carebant illi specioso colore, etc. (Calvinus.)

(1) VERS. 12. — DOMINUS MISIT ME, etc. Nota prudentiam Jeremia, qui, cum Deum sibi dicit auctorem, satis validam protulit exceptionem contra leges omnes. Grotius. Ia perstringit eos qui factabant Deum stare à parte sui, etc. Calvinus. Deinde dicit se venire ad (non contra) civitatem; significans se ipsorum utilitatibus servare, locum adhuc esse penitentiam. Grotius.

VERS. 15. — PENITEAT DOMINUM MALI QUOD LOCUTUS EST ADVERSUM VOS. More hominum loquitur. Fieri non potest ut rei cujuslibet Deum poenteat; potest tamen mala, quæ hominibus immitas est, non inferre, quod homines ab his flagitiis recedant, quorum causâ iratus es minas effulserat Deus. Immensa est Dei erga homines clementia; nosque ipse non nisi invitus affligit. Veterum effatum erat, irrita esse amantium sacramenta. (Calmet.)

VERS. 14. — IN MANIBUS VESTRIS SUM. Nota humilitatem ejus. Agnoscit in syndrio vite et necis postestatem Grotius. Agnoscit Deum laxasse habenas impiis, etc. (Calvinus.)

(2) VERS. 17. — VIRI DE SENIORIBUS TERRÆ. Qui reliquis totius cœtus hominibus senectutis honore præstabant, non ex iudicium numero, qui vetera noverant quos ceteri senectutis et experientie causâ venerabant. Exemplum centum annis vetustus, optimè senes decet. Eodem esse, qui superius, v. 10, principes Juda dicuntur putant Sanctius et Grotius; nos minime prohamus. Cui enim, si iidem homines sunt, eodem hic nomine, ac v. 10, non donantur? Adde, illos id hoc loco agere, quod oratorum potius est quam iudicum. (Calmet.)

(3) VERS. 19. — ITAQUE NOS FACIENS. Conclusio est

CAPUT XXVII.

1. In principio regni Joakim filii Josie regis Juda, factum est verbum istud ad Jeremiam à Domino, dicens:

2. Hæc dicit Dominus ad me: Fac tibi vincula et catenas, et pones eas in collo tuo.

3. Et mittes eas ad regem Edom, et ad regem Moab, et ad regem filiorum Ammon, et ad regem Tyri, et ad

VERS. 20. — ET FUIT ETIAM, etc. Impii qui tumultu intereant, contrarium hoc citant exemplum, ad principium sententiam elevandam, ac si dicant: Res quidem sic se habet ut dicitis; sed contrarium hoc anno accidit; cur non et hoc exemplum proferis, et idem facis Jeremia? Isti insidiabantur vite Jeremie. JUXTA OMNIA, etc., vel, itidem verba quibus Jeremias.

VERS. 25. — FILIORUM POPULI, id est, vulgi ignobilis, q. d.: Cadaver ejus non fuit sepultum more aliorum prophetarum (1). (Vid. Ps. 82, 6.)

VERS. 24. — MANUS, id est, favor, q. d.: Impii illi infirmare non poterunt sententiam principum. Achicam enim qui inter eos erat nominis magni, favebat Jeremie; id est, à concilio principum, libidini vulgi non fuit permissus.

argumenti à minore ad majus; quasi dicant: Si illo qui rex erat, non occidit Michæam, qui acerbiora contra templum dixerat, valde peccabimus nos, si cum minores illo simus, occiderimus Jeremiam, qui pauciora et minus aspera prædixit. Possumus etiam inderogando legere: Et nos faciemus malum grande contra animas nostras? Septuag. : Et nos fecimus nam grande. Quidam volentes hunc locum corrigere, vitiantur. Addiderunt enim negationem: Itaque nos faciemus malum grande. (Maldonatus.)

(1) IN SEPULCRIS VULGI. Nota: Viri insignes et propheta propria habebant sepulcra, cum titulus cuique debitis; sed pauperes et peregrini in communi agro, in valle Cedron ad hoc coempto, sepeliebantur in polyandro, sine publico ossario, 4 Reg. 25, v. 6. Sic Urias ad ignominiam inter pauperes vulgumque sepultus est.

Mirum quid, et penè incredibile, de Uriæ hujus filio narrat Epistola in Biblioth. Sardinie recepta, S. Athanasii episcopi Casaraugustani, qui à S. Jacobo Apostolo in Hispanis conversus fuit ad Christum; et Vita B. Petri primi Braccarensis episcopi (qui pariter discipulus fuit S. Jacobi), quam scripsit Caledonius, qui Braccarensem Ecclesiam quasi episcopus rexit anno Domini 260, ut refert Hugo Portugalenis episcopus anno Domini 1100, in Epistola quam recitat Franc. Bivaricus in Comment. ad Chronicon L. Dextri, anno Christi 37, n. 7: Nimirum Uriam hunc genuisse filium prophetam, qui Samuel junior, vel Malchias senior, ob morum gravitatem et valibus pulchritudinem sit appellatus, ac post vastatam à Nabuchodonosore Hierosolymam, ab eodem cum aliis scharum tribuum Judæis missus sit in Hispaniam, ibique vixerit viginti annos, ac deinde obierit. Hunc enim asserit post annos 627, quibus in sepulcro mortuus delituit, fuisse resuscitatum ad vitam à S. Jacobo Apostolo, cum in Hispaniam adit, atque ab eodem fidei christianæ mysteris instructum. Petrumque nuncupatum, missum Braccaram, ubi Ecclesiam Braccarensem fundavit et apostolico spiritu instituit, ac tandem gloriosum obiit martyrium. Fides sit penes auctores jam citatos. (Corn. à Lap.)

CHAPITRE XXVII.

1. Au commencement du règne de Joakim fils de Josias, roi de Juda, le Seigneur adressa la parole à Jérémie, disant :

2. Voici ce que le Seigneur m'a dit : Faites-vous des liens et des chaînes et mettez-les à votre cou ;

3. Et vous les enverrez au roi d'Edom, au roi de Moab, au roi des Ammonites, au roi de Tyr et au roi

regem Sidonis; in manu numtorum, qui venerunt Jerusalem ad Sedeciam regem Juda.

4. Et præcipies eis ut ad dominos suos loquantur : Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Hæc dicetis ad dominos vestros :

5. Ego feci terram, et homines, et iumenta, quæ sunt super faciem terræ, in foritudine meâ magnâ, et in brachio meo extento : et dedi eam ei qui placuit in oculis meis.

6. Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor, regis Babylonis, servi mei : insuper et bestias agri dedi ei, ut serviant illi.

7. Et servient ei omnes gentes, et filio ejus et filio filii ejus, donec veniat tempus terræ ejus et ipsius : et servient ei gentes multe et reges magni.

8. Gens autem et regnum quod non servierit Nabuchodonosor regi Babylonis, et quicumque non curaverit collum suum sub jugo regis Babylonis, in gladio, et in fame, et in peste visitabo super gentem illam, ait Dominus, donec consumam eos in manu ejus.

9. Vos ergo nolite audire prophetas vestros, et divinos, et somnatores, et augures, et maleficos, qui dicant vobis : Non servietis regi Babylonis.

10. Quia mendacium prophetant vobis : ut longè vos faciant de terrâ vestrâ, et ejiciant vos, et pereatis.

11. Porrò gens quæ subjecerit cervicem suam sub jugo regis Babylonis, et servierit ei : dimittam eam in terrâ suâ, dicit Dominus, et colet eam, et habitabit in eâ.

12. Et ad Sedeciam regem Juda locutus sum secundum omnia verba hæc, dicens : Subjicite colla vestra sub jugo regis Babylonis : et servite ei, et populo ejus, et vivetis.

13. Quare moriemini tu et populus tuus gladio, et fame, et peste, sicut locutus est Dominus ad gentem quæ servire noluerit regi Babylonis ?

14. Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis : Non servietis regi Babylonis : quia mendacium ipsi loquantur vobis.

15. Quia non misi eos, ait Dominus, et ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, ut ejiciant vos, et pereatis, tam vos quàm propheta, qui vaticinantur vobis.

16. Et ad sacerdotes, et ad populum istum locutus sum, dicens : Hæc dicit Dominus : Nolite audire verba prophetarum vestrorum, qui prophetant vobis, dicentes : Ecce vasa Domini revertentur de Babylone nunc citò : mendacium enim prophetant vobis.

17. Nolite ergo audire eos, sed servite regi Babylonis, ut vivatis : quare datur hæc civitas in solitudinem ?

18. Et si prophetae sunt, et est verbum Domini in eis : occurrant Domino exercituum, ut non veniant vasa, quæ derelicta fuerant in domo Domini, et in domo regis Juda, et in Jerusalem, in Babylone.

19. Quia hæc dicit Dominus exercituum ad columnas, et ad mares, et ad bases, et ad reliqua vasorum quæ remanserunt in civitate hæc :

20. Quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis,

de Sidon, par les ambassadeurs qui sont venus à Jérusalem vers Sedécias, roi de Juda.

4. Et vous leur ordonnerez de parler ainsi à leurs maîtres : Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Dites ceci à vos maîtres :

5. C'est moi qui ai créé la terre, les hommes et les bêtes qui sont sur la face de la terre, par ma grande puissance et par mon bras fort ; et j'ai donné la terre à qui il m'a plu.

6. J'ai donc livré maintenant toutes ces terres entre les mains de Nabuchodonosor, roi de Babylone, mon serviteur ; je lui ai donné encore les bêtes de la campagne, afin qu'elles lui soient assujéties ;

7. Et tous les peuples lui seront soumis, à lui, à son fils et au fils de son fils, jusqu'à ce que son temps et le temps de son royaume soit venu ; et plusieurs peuples et de grands rois lui seront soumis.

8. Si quelque peuple et quelque royaume ne veut pas se soumettre à Nabuchodonosor, roi de Babylone, ni laisser le cou sous le joug du roi de Babylone, je les visiterai par l'épée, par la famine et par la peste, dit le Seigneur, jusqu'à ce que je les ai consumés par la main de Nabuchodonosor.

9. Vous donc, n'écoutez point vos prophètes, ni vos devins, ni vos inventeurs de songes, ni vos augures, ni vos magiciens, qui vous disent : Vous ne serez point assujétis au roi de Babylone ;

10. Car ils vous prophétisent le mensonge, pour vous envoyer bien loin de votre terre, pour vous en chasser et pour vous faire périr.

11. Quant au peuple qui de lui-même baissera le cou sous le joug du roi de Babylone, et servierit à lui, je le laisserai en paix dans sa terre, dit le Seigneur ; il la cultivera, et y habitera.

12. J'ai parlé aussi de cette même manière à Sedécias, roi de Juda, en lui disant : Baissez le cou sous le joug du roi de Babylone ; soumettez-vous à lui et à son peuple, et vous vivrez en repos.

13. Pourquoi voulez-vous mourir, vous et votre peuple, par l'épée, par la famine et par la peste, selon que le Seigneur a dit qu'il arrivera à la nation qui n'aura point voulu se soumettre au roi de Babylone ?

14. N'écoutez point les paroles des prophètes qui vous disent : Vous ne serez point assujétis au roi de Babylone ; car ce qu'ils vous disent n'est que mensonge.

15. Je ne les ai point envoyés, dit le Seigneur, et ils prophétisent faussement en mon nom, pour vous faire chasser de votre pays et pour vous faire périr, vous et vos prophètes qui vous prédisent l'avenir.

16. J'ai aussi parlé aux prêtres et à ce peuple, en leur disant : Voici ce que dit le Seigneur : N'écoutez point les paroles de vos prophètes, qui vous font des prédications, et vous disent : Les vases de la maison du Seigneur seront bientôt rapportés de Babylone : car ils vous prophétisent le mensonge.

17. Ne les écoutez donc point ; mais soumettez-vous au roi de Babylone, afin que vous viviez. Pourquoi voulez-vous que cette ville soit réduite en un désert ?

18. S'ils sont vraiment prophètes, et si la parole du Seigneur est en eux, qu'ils s'opposent au Seigneur des armées, afin que les vases qui ont été laissés en la maison du Seigneur, dans la maison du roi de Juda, dans Jérusalem, ne soient point transférés en Babylone.

19. Car voici ce que dit le Seigneur des armées aux colonnes, à la mer, aux bases et aux autres vaisseaux qui sont demeurés en cette ville :

20. Que Nabuchodonosor, roi de Babylone, n'emporta

cùm transferret Jechoniam filium Joakim regem Juda de Jerusalem in Babylone, et omnes optimates Juda et Jerusalem.

21. Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel ad vasa quæ derelicta sunt in domo Domini, et in domo regis Juda et Jerusalem.

22. In Babylone transferentur, et ibi erunt usque ad diem visitationis suæ, dicit Dominus : et afferri faciam ea, et restitui in loco isto.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. In principio regni Iehoiacim filii Iosiah regis Iehudah, fuit verbum istud ad Irmeiahum ad Domino, dicendo : — 2. Sic dixit Dominus ad me : Fac tibi vincula et vectes ; et pones ea super collum tuum. — 3. Et mittes ea ad regem Edom, et ad regem Moab, et ad regem filiorum Ammon, et ad regem Sor, et ad regem Sidon ; per manum numtorum, qui veniunt in Jerusalem ad Sidiachum regem Iehudah. — 4. Et præcipies eis ut dominis suis dicant : Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel : Sic dicetis dominis vestris : — 5. Ego feci terram, hominem et animalia quæ sunt in superficie terræ, potentia meâ magnâ, et brachio meo extento ; et dedi eam cui placuit in oculis meis. — 6. Et nunc dedi omnes terras has in manu Nabuchadnesar regis Babel servi mei ; et etiam bestias agri dedi ei ut serviant ei. — 7. Et servient ei omnes gentes, et filio ejus, et filio filii ejus ; donec venerit tempus terræ ejus et ipsius ; et in servitute redigent eam gentes multe, et reges magni. — 8. Et erit gens et regnum, quæ non servierint illi nempe Nabuchadnesar regi Babel, et qui non poverit collum suum sub jugo regis Babel ; gladio, et fame, et peste visitabo gentem illam, ait Dominus ; donec consumam eos per manum ejus. — 9. Et vos ne audiatis prophetas vestros, et divinos vestros, et somnia vestra, et augures vestros, qui dicunt vobis dicendo : Non servietis regi Babel. — 10. Quia mendacium ipsi prophetant vobis ; ut longè faciant vos à terrâ vestrâ, et ut ejiciant vos, et percaus. — 11. Gens autem quæ introduxerit collum suum in jugum regis Babel, et servierit ei, dimittam faciam illam in terrâ suâ, dicit Dominus ; et colet eam, habitabitque in eâ. — 12. Et ad Sidiachum regem Iehudah locutus sum juxta omnia verba hæc, dicendo : Introducite colla vestra in jugum regis Babel, et servite ei, atque populo ejus, et vivite. — 13. Ut quid moriemini tu et populus tuus gladio, fame, et peste, quemadmodum locutus est Dominus ad gentem, quæ non servierit regi Babel ? — 14. Et ne audiatis verba prophetarum dicentium vobis dicendo : Non servietis regi Babel : quia mendacium prophetant vobis. — 15. Si quidem non misi eos, ait Dominus : et tamen ipsi prophetant in nomine meo mendaciter : ut ejiciant vos, et percaus vos, et propheta, qui vaticinantur vobis. — 16. Et ad sacerdotes, et ad omnem populum istum locutus sum, dicendo : Sic dixit Dominus : Ne audiatis verba prophetarum vestrorum, qui prophetant vobis, dicendo : Ecce vasa domus Domini revertentur de Babel nunc citò, quia mendacium prophetant vobis. — 17. Ne audiatis eos, servite regi Babel, et vivite ; ut quid erit civitas hæc solitudo ? — 18. Et si prophetae sunt, et est verbum Domini cum eis : orent nunc Dominum exercituum, ut non eant vasa, quæ remanent in domo Domini, et in domo regis Iehudah, et in Jerusalem, in Babel. — 19. Quia sic dixit Dominus exercituum de columnis, et de mari, et de basibus, ac de residuis vasorum, quæ remanent in urbe hæc : — 20. Quæ non tulit Nabuchadnesar rex Babel, cum transigrare fecit Jechoniam filium Iehoiacim regem Iehudah de Jerusalem in Babel, et omnes optimates Iehudah et Jerusalem. — 21. Sic enim, inquam, dixit Dominus exercituum Deus Israel de vasis, quæ relicta sunt in domo Domini, et in domo regis Iehudah et Jerusalem : — 22. In Babel adducentur, et ibi erunt usque ad diem quo visitabo eos, dicit Dominus, et ascendere faciam ea, et redire faciam ea ad locum hunc.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — VINCULA ET VECTES, quibus scilicet jugum reliquit ad cornua boum. (infr. 28, 10.) PONES EA, vel, pone illa, sub tempore Sedecie regis Jude. Hoc fecit Jeremias initio regni Sedecie, nam capite sequenti traditur jugum, quod è collo Jeremie pendebat, fuisse detractum ab Hanani pseudopropheta, et fractum.

VERS. 5. — VENIUNT, venturi sunt, illorum scilicet nomine, ut Sedeciam incitent ad rebellionem et conspirationem contra Nabuchodonosor.

(1) IN PRINCIPIO REGNI JOACHIM. Sicut quæ antecessit vaticinatio ad populum pertinet, ita et hæc ; sed hæc cum verbis rerum etiam signa conjuncta habet, more antiquo.

point, lorsqu'il emmena à Babylone Jéchonias fils de Joakim, roi de Juda, et avec lui toutes les personnes les plus considérables de Juda et Jérusalem ;

21. Voici donc ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël, aux vases qui ont été laissés dans la maison du Seigneur et dans la maison du roi de Juda et dans Jérusalem :

22. Ils seront transportés à Babylone, et ils y demeureront jusqu'au jour où je les visiterai, dit le Seigneur, et où je les ferai rapporter et remettre en leur premier lieu.

VERS. 5. — ET DEDI, vel, proinde dabo (1).

(1) EGO FECI TERRAM... ET DEDI EAM EI QUI PLACUIT IN OCVLIS MEIS. ET NUNC ITAQVE EGO DEDI OMNES TERRAS ISTAS IN MANU NABUCHODONOSOR REGIS, INSUPER ET BESTIAS AGRI. Sensus est : Dedi terram ei cui mihi complacuit dare, id est, cui volui ; non propter ejus merita, sed ex mero meo beneficio. Nec est hinc consequens Nabuchodonosorem justè occupasse terram, sed idè tantum dicitur Deus eam dedisse, quia sine Dei voluntate nunquam eam occupare potuisset. Cæterùm, quod additur : Insuper et bestias agri dedi ei, ut serviant illi, simile est ei quod dicitur Dan. 2 : Volucres quoque caeli dedi in manu tuâ ; quibus formis loquendi magnitudo potentie Nabuchodonosor significatur. Per hoc enim quod omnes homines, id est, plurimæ nationes ei erant subjicendæ, consequens erat etiam ipsas bestias in ejus potestatem venturas,

VERS. 6. — **BESTIAS** AGRĪ, q. d. : No ferre quidem illarum regionum nocebunt illi.

VERS. 7. — **ET FILIO EJUS**, nempe Evilmerodach. **ET FILIO FILII EJUS**, id est, nepoti, qui fuit (Laborosarchodus filius filia Nabuchodonosori. Vid. Marscham., p. 554, Vatablus). **BELSASAR**. **TEMPUS**, sub ultionis, in quo me ulciscar etiam de ipso Nabuchodonosor. **ET IN SERUITUTEM REDIGENT EAM**, et subiciant sibi eam gentes fortes, et reges magni, Cyrus scilicet et Darius. (Vid. sup. 25, 14) (1).

VERS. 9. — **ET SOMNIA VESTRA**, hoc est, somniores vestros qui exponunt vobis sua somnia (2).

quia, ut inquit Hieron., cum homine omnia traduntur que ipsi subiciantur. Aut significatur quod non solum regiones et oppida venient in potestatem ejus, in quibus habitant homines; verum etiam deserta et solitudines, item montes et sylva, in quibus ferre et volucres sua habent receptacula. Vel est hyperbolice sermo ad exprimentum velut immensam magnitudinem potentie ejus. (Esaius.)

Defi, id est, tradidi, non donavi, sicut res aliena traditur furi aut tyranno. Nec enim Deus hic jus et titulum dedit Nabuchodonosori invadendi Judeam, alique regna, cum ob hanc tyrannidem postea eum punierit et everterit; ut dixi, cap. 25, v. 12.

Per bestias, intellige 1^o barbaras nationes. Ita S. Hieron., Theodor., Raban.; 2^o, et potius, proprie accipe bestias, quia subjecta terra, homines et bestie sunt subjecte. Ita S. Hieron., Raban., Hugo. Alludit ad Nabuchodonosorem, quasi leonem, cui omnes bestie se subdunt, q. d. : Multo ergo majoris vos, o homines; tui leoni vos subijcite, ni leonis unguis experiri velitis. Non enim vilis, sed dignitas est servus esse potentis, ait S. Ambros. in c. 1, epist. 4, ad Timotheum.

(1) VERS. 8. — **GENS AUTEM**, etc. Loquitur promiscue de quibuslibet populis; ita tamen ut Judaeos acriter pungat, et ostendat eos esse inexcusabiles, nisi se sponte humiliant, quia ipsi certo tenebant hoc non contingere fortuito, sed ex iudicio Dei ob peccata sua. **REGI BABYLONIS**. Babylonis nomen erat illis odiosum; et obijcere poterant: Quid nobis cum rege tam longinquo? illi tamen, inquit, parendum est. **DONEC COMPLEVERIM** (tradere) eos in manu ejus. **TABESCANT** sub fame, gladio, peste, et interea non effugient servitutem, etc. Hoc certe miserimum est. (Calvinus.)

(2) VERS. 10. — **UT LONGE VOS FACIANT** (vos patriam expellant) **ET PEREANT**. Quanquam illi certe non voluit, procul dubio eveniret, si falsa eorum vaticinia sequimini. **HEBRÆUS**: *Ut longe faciam vos à patriâ, et pereatis.* (Calmet.)

VERS. 11. — **GENS QUÆ SUBREXERIT CERVICEM SUAM SUB**

CAPUT XXVIII.

1. Et factum est in anno illo, in principio regni Sedecias regis Juda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur propheta de Gabaa in domo Domini, coram sacerdotibus et omni populo, dicens:

2. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: **Contrivi jugum regis Babylonis.**

3. Adhuc duo anni dierum, et ego referri faciam ad locum istum omnia vasa domus Domini que tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, et transtulit ea in Babylonem.

4. Et Jechoniam filium Joakim regem Juda, et omnem transmigrationem Juda, qui ingressi sunt in Ba-

VERS. 12. — **ET VIVITE, vivetis**, id est, salva erunt vobis omnia. **HEBRÆUS** (1).

VERS. 15. — **Ut quid moriemini** (2), vel, committitis ut moriamini.

VERS. 18. — **Propheta sunt, sub. veri** (3).

VERS. 22. — **Eos**. (Videtur Pagninus retinisse hoc affixum ad Judæos; ea verò quod his sequitur ad vasa. Sed in Hebr. nulla est hæc generis differentia, ita ut tria hæc pronomina de vasis intelligi possint, et ita accipiunt plerique interpretes. **Visitare** quippe etiam ad inanimata transfertur. Vid. Ps. 80, 45, et tam in bonum, ut hic, vid. 1 Esd. 4, 7, quam in malum. Vid. Genes. 21, 1.)

JUGO REGIS BABYLONIS, tranquillam in patriâ vitam ager. Nemo eorum, quos alloquitur Jeremias, esse sponte imperio Chaldeorum subjecit, omnesque vi contra Nabuchodonosor. **Itamam profecto**, Ammonite et Moabitica sociâ Chaldeis adversis Hebræos arma junxerunt; at sive deinde descivere, sive aliquam ex eis offensionem tulit Nabuchodonosor, illud certo constat, habitos ab eo esse hostium loco, et bello sævissimo afflictos. (Calmet.)

(1) **ET AD SEDECIAM**, etc. Alia est sectio, et ad aliud tempus pertinens, sed argumento conjuncta cum superiore. **Grotius**. Non placet. (Vide dicta ad v. 1, et 2, Anglic. Annot.)

(2) **QUARE MORIEMINI**, etc., q. d. : Nisi recipitis vitam que vobis offertur, perendum vobis est sponte. Ita nihil omittit quod Judæos fleteret: spem ante fecerat, hæc terrorem adhibet.

NON MISI EOS, etc. Notandum hic est diabolum sæpè falso pretextare Dei nomen erroribus, etc. Et multi putant se absolutum iri coram Deo, si obtendant simplicitatem, et dicant se fuisse non malitia credulos, sed quia non ausi sunt curiosè inquirere. Docet ergo discernendos esse veros prophetas à falsis: quia notat nempe, ut eos tantummodo amplectamur qui à Deo missi sunt, etc. (Calvinus.)

VASA DOMINI. Loquitur de vasis templi, que rex Babylonia cum Jechoniâ asportaverat. Abstulit autem meliora et pretiosiora queque, relinquens alia usque ad tempus destructionis Jerusalem. (Munsterus.)

QUARE DATUR, cur dabitur; cur destructur, cum facile servari possit, si vos sponte dedatis? (Maldonatus.)

(3) **AD COLUMNAS**, de columnis, vel quod attinet ad columnas, mare æneum, et bases. Hæc enim tria vasorum genera in templo relicta fuerant, cum Jechoniâ Babylonem ductus est. Quæ postea Chaldei confrugerunt, et æs eorum immensi ponderis unum cum Sedecia translulerunt Babylonem, 4 Regum 25, 15, 16. (Maldonatus.)

CHAPITRE XXVIII.

1. La même année, au commencement du règne de Sedecias, roi de Juda, au cinquième mois de la quatrième année de son règne, Hananias fils d'Azur, prophète de Gabaa, me dit dans la maison du Seigneur, en présence des prêtres et de tout le peuple:

2. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël: **J'ai brisé le joug du roi de Babylone.**

3. Il se passera encore deux ans, et après cela je ferai rapporter en ce lieu tous les vases de la maison du Seigneur que Nabuchodonosor, roi de Babylone, a emportés de ce lieu, et qu'il a transférés à Babylone;

4. Et je ferai revenir en ce même lieu, dit le Seigneur, Jechonias fils de Joakim, roi de Juda, et tous les cap-

tylonem, ego convertam ad locum istum, ait Dominus: **conteram enim jugum regis Babylonis.**

5. Et dixit Jeremias propheta ad Hananiam prophetam, in oculis sacerdotum, et in oculis omnis populi, qui stabat in domo Domini;

6. Et ait Jeremias propheta: Amen, sic faciat Dominus: suscite Dominus verba tua, quæ prophetasti, ut referantur vasa in domum Domini, et omnis transmigratione de Babylone ad locum istum.

7. Verumtamen audi verbum hoc, quod ego loquor in auribus tuis, et in auribus universi populi:

8. Propheta qui fuerunt ante me et ante te ab initio, et prophetaverunt super terras multas et super regna magna, de prælio, et de afflictione, et de fame.

9. Propheta qui vaticinatus est pacem: cum venerit verbum ejus, scietur propheta, quem misit Dominus in veritate.

10. Et tulit Hananias propheta catenam de collo Jeremias propheta, et confregit eam.

11. Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens: Hæc dicit Dominus: Sic confringam jugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium.

12. Et abiit Jeremias propheta in viam suam. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, postquam confregit Hananias propheta catenam de collo Jeremias propheta, dicens:

13. Vade, et dices Hanania: Hæc dicit Dominus: Catenas ligneas contrivisti: et facies pro eis catenas ferreas.

14. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Jugum ferreum posui super collum ementiarum gentium istarum, ut serviant Nabuchodonosor regi Babylonis, et servient ei: insuper et bestias terre dedi ei.

15. Et dixit Jeremias propheta ad Hananiam prophetam: Audi, Hanania: Non misit te Dominus, et tu confidere fecisti populum istum in mendacio.

16. Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego mittam te à facie terræ: hoc anno morieris: adversum enim Dominum locutus es.

17. Et mortuus est Hananias propheta in anno illo, mense septimo.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Et fuit in anno ipso, in principio regni Sidciahu regis Iehudah, anno quarto, mense quinto, dixit ad me Chananiah (filius Azur propheta qui erat de Gibon), in domo Domini, in oculis sacerdotum et totius populi, dicens: — 2. Sic dixit Dominus exercituum Deus Israel dicens: **Confregi jugum regis Babel.** — 3. Cum adhuc duo fuerint anni dierum, redire faciam ad locum hunc omnia vasa domus Domini, que tulit Nebuchadnesar rex Babel de loco isto, et addidit ea in Babel. — 4. Et Iechoniah filium Iehoiacin regem Iehudah, et omnem transmigrationem Iehudah, qui ingressi sunt in Babel, ego redire faciam ad locum istum, ait Dominus: **conteram enim jugum regis Babel.** — 5. Et dixit Irmeiah propheta ad Chananiah prophetam in oculis sacerdotum, et in oculis totius populi, qui stabat in domo Domini. — 6. Et ait Irmeiah propheta: Amen, sic faciat Dominus: suscite Dominus verba tua, quæ prophetasti: ut redire faciat vasa domus Domini, et omnem transmigrationem de Babel ad locum istum. — 7. Verumtamen audi nunc verbum hoc, quod ego loquor in auribus tuis, et in auribus universi populi; — 8. Propheta, qui fuerunt ante me et ante te à seculo, et prophetaverunt super terras multas, et regna magna de bello, et malo, et peste; — 9. Propheta, qui vaticinatus est de pace, cum venerit verbum prophete, scietur propheta, quem misit Dominus in veritate. — 10. Et tulit Chananiah propheta vectem de collo Irmeiah prophete, et confregit eum. — 11. Et ait Chananiah in oculis omnis po-

tis qu'on a emmenés de Juda en Babylone; car je briserai le joug du roi de Babylone.

5. Le prophète Jérémie répondit au prophète Hananiah, devant les prêtres et devant tout le peuple qui était en la maison du Seigneur;

6. Et le prophète Jérémie lui dit: Ainsi soit-il; que le Seigneur daigne faire ce que vous venez de dire; que le Seigneur vérifie les paroles que vous venez de prophétiser, afin que les vases soient rapportés dans la maison du Seigneur, et que tous les captifs qui ont été transférés en Babylone reviennent en ce lieu.

7. Mais néanmoins, écoutez ce que je vais dire devant vous et en présence de tout le peuple:

8. Les prophètes qui ont été dès le commencement, avant moi et avant vous, ont prédit à plusieurs provinces et à de grands royaumes les désolations et la famine.

9. Si donc un prophète prédit la paix, lorsque sa prédiction sera accomplie, on reconnaîtra si c'est le Seigneur qui l'a véritablement envoyé.

10. Alors le prophète Hananiah ôta la chaîne du cou du prophète Jérémie, et la rompit.

11. Et il dit devant tout le peuple: Voici ce que dit le Seigneur: C'est ainsi que dans deux ans je briserai le joug de Nabuchodonosor, roi de Babylone, de dessus le cou de tous les peuples.

12. Et le prophète Jérémie reprit son chemin, et s'en alla. Mais, après que le prophète Hananiah eut rompu la chaîne du cou du prophète Jérémie, le Seigneur parla à Jérémie, et lui dit:

13. Vous direz à Hananiah: Voici ce que dit le Seigneur: Vous avez brisé des chaînes de bois, et vous en ferez d'autres qui seront de fer.

14. Car voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israel: J'ai mis un joug de fer sur le cou de tous ces peuples, afin qu'ils soient assujétis à Nabuchodonosor, roi de Babylone; et ils lui sont assujétis; et je lui ai abandonné encore les bêtes de la campagne.

15. Et le prophète Jérémie dit au prophète Hananiah: Hananiah, écoutez-moi: le Seigneur ne vous a point envoyé, et cependant vous avez fait que ce peuple a mis sa confiance dans le mensonge.

16. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur: Je vous exterminerai de dessus la terre, et vous mourrez cette année même, parce que vous avez parlé contre le Seigneur.

17. Et le prophète Hananiah mourut cette année-là, au septième mois.